PROPOSITIO I.

„ Bonum Reipublicæ cum
„ bono Nobilitatis in Polo-
„ nia jure coincidit.

IN Comitiis Poloniæ, ſuffragia jure in Nobilitatis poteſtate ſunt.

Magiſtratus Urbani: Cracovienſis, Vilnenſis, & Dantiſcanus, Nobilibus comparantur.

Ergo & Comitia.

Comitia Rempublicam repræſentāt.

Ergo & res publica jure in nobilitatis poteſtate eſt.

In quorum poteſtate jure eſt respublica, in eorum poteſtatem translatum eſt Jus Reipublicæ.

In jure reipublicæ perſona ejus civilis, ſeu moralis continetur.

Nam omnes perſonæ civiles, ſeu fictæ Corporum, Collegiorum, Univerſitatum, in aggregatione Jurium conſiſtunt.

Ergo